



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

61. Sacerdos frangit hostiam in tres partes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Personas Triadis pariter tres esse fatemur,  
Credimus autem unum Numen inesse tribus.

## SYMBOLUM 61.

Sacerdos frangit Hostiam vel potius species Sacramentales in  
tres partes; & pacem, et signum Crucis efficiendo, precat-  
tur.

**C**orpore non tacto ter (a) frangitur Hostia Christū.  
Tormentis fractum, scissio trina, notat.  
Diūs amor, sincera fides erat exul ab orbe,  
Fractaque terrenæ fœdera pacis erant.  
Presbyter hinc unā pacem ter parte precatur,  
Unio per Triadis conciliatur opem.

[a] Frangit sacerdos hostiam ut in fractione panis Dominum cognoscamus; sicut illi duo  
discipuli in Emmaus. Commixtio panis & rini designat unionem carnis & anima Christi,  
in resurrectione unitæ. Et ideo ter signum crucis super calicem producitur cum hostia, quia  
virtus Trinitatis uniam Cruci fixi reduxit ad carnem. Innoc. III. myst. lib. 5. cap. 2.

## SYMBOLUM 62.

Sacrificium Missæ ut sit omnibus suis partibus perfectum, vir-  
bus absolvitur, Consecratione, Oblatione, Sumptione.

**M**uneris quo Triadi fiant accepta Supremæ,  
Consecrat ore prius, mysta deinde litat.  
Quæ Triadis virtute vices, Substantia, panis  
Supplet eam sumptâ sumitur ipsa Trias.  
Sic ter adorandæ Triadis defertur honori  
Hostia, quam trinum nobilitavit opus.

N. Sumptionem triplicem esse. Sacramentalem tantum ab indignis. Spi-  
ritualem tantum, voto infide & charitate. Sacramentalem & Spiritualem  
simul re ipsâ & dignè.

SYM-